cro di Romolo, nella ſtrada Vaticana, quale fù poi Trionfale, ſino al Campidoglio. Il Biondi dice, che terminaſſe vicino a' monti Vaticani. Marliano aſſeriſce, che dal Ponte Trionfale ſi ſpiccaſſe la ſtrada Ttionfale. Il Nardini chiamò Trionfale la Via Vaticana, che conduceua alli Monti Vaticani. Viene da Euſebio attribuito à queſta Strada, il nome di Regale. *Ego habeo*, ſon ſue parole, *trophæa Apoſtolorum, quæ oſtendam; ſi enim procedas Via Regali, quæ ad Vaticanum ducit &c.* & era queſta viciniſſima al Ponte Elio, & alla Via Aurelia.

*S. Girolamo degli huomini illuſtti.*
*Boſſio lib. 2. cap. 6.*

Queſta ſtrada fù da S. Girolamo detta Trionfale: mentre narra, che S. Pietro foſſe ſepelito lungo la via Trionfale nel Vaticano. Boſſio nella Roma Sotterranea conferma ſtenderſi la medeſima dal Ponte Trionfale, ſino ſotto il Vaticano. Inoltre dice, che nel ſuo tempo, nella ſcauazione di molti palmi ſottoterra di quei Siti trouarono le reliquie di eſſa con ſepolchri dall'vna, e l'altra parte; penetrandoſi ſecondo la mutazione delle coſe preſenti riſiedere il ſuo antico letto nel luogo, oue ſi sbarcano le robbe, vicino à S. Spirito, e procedere ſino à Porta Angelica, ſotto il Monte Vaticano: ſopra il quale è il famoſo Palazzo Pontificio, oue poco ſopra detta Porta ſe ne vedono le veſtigia ſotto la muraglia di Borgo.





*Blond. lib. 1. fol. 10.*
*Marl. lib. 5. cap. 18.*
*Nardinus cap. 13.*
*Euſebius 2. Hiſtor. Eccleſ.*

gnitur, atque in Via Vaticana, Triumphalis deinde, Capitolium vſque, memorandum ponitur Romuli monumentum. Apud Blondum, montis Vaticani radicibus terminatur. Secundùm Marlianum à Ponte Triumphali, Via Triumphalis deriuabat. Nardinus verò Viam Vaticanam Triumphalem nuncupauit, quâ Montes petebant Vaticanos, exin verò Aurelia à Poſteris dicta. Viam eandem, Regalem appellat Euſebius. *Ego habeo* (inquit ipſe) *Trophæa Apoſtolorum, quæ oſtendam; ſi enim procedas Via Regali, quæ ad Vaticanum ducit &c.* Eaq; ad Pontem Ælium, Viamque Aureliam proximè accedebat.

*D. Hieronymus de illuſtribus Viris.*
*Boſſ. lib. 2. cap. 6.*

Hanc Viam D. Hieronymus Triumphalem vocauit, dum in illuſtrium Virorum tractatu, Diuum Petrum iuxta Viam Triumphalem ſepultum enarrauit. Ex Boſſij ſententiâ in Roma Subterranea, eadem à Ponte Triumphali Vaticanum vſque pertinebat, additque in ſolo ad aliquot palmos, eo Situ, egerendo, copioſas ſepulcrorum ab vtraque parte reliquias emerſiſſe. Ex rerum mutatione, veterem arguitur eius ſitum verſari, vbi Nauiculæ ſolent mercibus exonerari, & ad S. Spiritum, Portam vſque Angelicam, accedit, nempè ſub Vaticano monte, qui conſpicuo Pontificum Palatio mirabiliter exornatur. Vbi reliquiæ etiam nunc ſub muris Suburbiorum videntur.

# CAPVT X.

## *De Triumphali Ponte in Vaticano, origine ipſius, ac fine.*

ROmani 441. annis ab Vrbe condita Tyberis, Puteorum, & Fontium (teſte Frontino) aquas in vſum adhibuere. *Ab Vrbe condita*(ait idem Frontinus) *per annos* 441. *contenti fuerunt Romani vſu aquarum, quas aut ex Tyberi, ex Puteis, aut ex Fontibus hauriebant.* Nec aquarum Senatûs conſulto à Curione conductarum, & Cuſilianæ dictarum meminit, de infraſcriptis ſolùm facta mentione, quibus eiuſdem tempore vtebantur, anno videlicet Chriſti 70, & Vrbis conditæ 800. *Aqua Appia, Anio vetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alſietina* (*quæ eadem vocatur Auguſta*) *Claudia, Anio nouus &c.* Ipſe verò Nardinus cum plurimas recenſeat, illas tamen præteriuit. Adiecit equidem, Frontinum imitatus, donec Roma amplificari capta eſt, Tyberim, alioſque Fontes aquas affatim ſuppeditaſſe. Vbi verò in miram exercuit amplitudinem, ſumma ſanè munificentiâ Appiam, cæteraſq; eduxere.

Hoc beneficium tantum Romæ peperit incremẽtum, vt Confinibus explicatis, Campum Martium, ſeptemque Colles, cum adiacentibus locis, Ludis, & Militibus exercendis anteà deſtinatis, contineret; quibus circumſeptis, Rempublicam alijs conſulere, ſumma affluentis vndiq; populi adegit frequentia. Vaticanum tandem adiecere, veluti cæteris omnibus inſigniorem. Verùm vt ab Vrbe ad eum ſe conferrent, cum longa opus eſſet circuitione, quia tantùm per Ianiculum Pontem, Miluiumque tranſitus licebat, ad populum tam laborioſo itinere liberandum, decreuit Reſpublica, quæ iam ſupremum attingebat potentiæ verticem, nouo Ponte Tyberis ripas committere, ex aduerſa agrorum, Vrbiſque regione, populus eos commodius peruaderet, tanquam Ludorum, Militumque exercitationi deputatos.

Cum hæc exercitia perciperent in plurimum Romanæ Iuuentutis cedere emolumentum, gloriæ in ea augendæ gratiâ cupiditatis, ſanciuit Senatus nullos niſi Trium-

phan-



# CAPITOLO X.

## *Del Ponte Trionfale nel Vaticano, della ſua Origine, e del ſuo Fine.*

SEruiuaſi Roma 441. Anno doppo la ſua Fondazione dell'Acqua del Teuere, de' Pozzi, e de i Fonti, al referir di Frontino; *Ab Vrbe condita per annos* 441. *contenti fuerunt Romani vſu aquarum, quas aut ex Tyberi, ex Puteis, aut ex Fontibus hauriebant*; nè fà veruna oſſeruazione dell'Acqua condotta da Curione per ordine del Senato, e detta poi Cuſiliana, non nominando altre Acque, che le ſeguenti fino al ſuo tempo, il quale era negli Anni di Chriſto 70; e della fondazione di Roma 800. *Aqua Appia, Anio vetus, Martia, Tepula, Iulia, Virgo, Alſietina* (*quæ eadem vocatur Auguſta*) *Claudia, Anio nouus &c.* Et il Nardino iſteſſo, numerandone moltiſſime, non ne fà veruna menzione. Afferma bensì, vnito con il ſopracitato Frontino, che fino, che Roma non s'ingrandì, le furono à ſufficienza l'Acque del Teuere, con molt' altri Fonti; mà doppo d'eſſerſi maggiormente ingrandita, biſognò, che le faceſſe condurre da varij luoghi; la prima delle quali fù l'Appia; ſeguendo poi con grandezza, e magnificenza à condurne dell'altre.

Venne da queſto benefizio l'occupazione di varij luoghi, e fù neceſſitata la Republica à trouarne per tante frequenze degli altri, & eleſſero il Vaticano, come più adeguato, e riguardeuole d'ogn'altro; Mà facendo biſogno, per trasferirſi dalla Città à detto loco, far longo giro, ſtante che non era permeſſo il paſſo, che da più vicini Ponti Gianicolo, e Miluio; per liberar da così faſtidioſo viaggio il Popolo, ſtabilì la Republica, che all'hora principiaua ad inalzarſi, & ad acquiſtar vigore maggiore alla ſua Potenza, di fabricare il nuouo Ponte ſopra il Teuere, ſituandolo ſotto vna linea diametralmente à quelli Campi, & alla Città; acciò il Popolo poteſſe più commodamente paſſare ne' medeſimi, deſtinati per gli eſſercizij Militari, e Giuochi del Popolo Romano, e ne hebbero il Nome di Vaticano.

Conoſciuto il profitto, che faceua la Giouentù Romana in ſimili eſſercizij, per accreſcerle il fomite, e renderla più auida di queſta Gloria, ordinò il Senato, che ſopra di queſto Ponte non paſſaſſe altra Gente, che i Trionfanti, e loro Deſcendenti, per ſingolarizzare la Virtù de' loro Eroi; e da quegli poi preſe il Nome di Trionfale; dice però à queſto propoſito il Nardini, che non sà con quale autorità, ò indizio habbiano poſſuto affermare il Fuluio, & il Marliano, che ſopra detto Ponte non vi

F paſſaſ-

paſſaſſero altri, che i Nobili, e i Vincitori; Oſſerua di più il Bonini, nel ſuo Teuere incatenato, che queſti ancora vi haueuano il paſſaggio ſolo il giorno del Trionfo, e reſtaua per ſempre nobilitata quella Stirpe dal priuilegio di detto paſſaggio; che perciò attentamente era guardato da Deputati, per impedire l'ingreſſo ad altra Gente. Si augumentarono gli honori, e gli abbellimenti maggiori di queſto Ponte, ingrandito, che fù l'Imperio Romano, nell'impadronirſi quaſi di tutte trè le parti del Mondo: delle quali i Guerrieri più ſegnalati concorſero à far Pompa de' loro Trionfi ſopra di Eſſo, come più amplamente ne parla Giuſeppe Iſtorico nel Trionfo di Tito, e Veſpaſiano. Suetonio nella Vita d'Auguſto, e Cornelio Tacito. Similmente poi fù ornato il Ponte Trionfale di Statue, Trofei, e Memorie coſì nobili, e degne di venerazione, laſciate per ricordo delle proprie Vittorie da' Trionfanti, che difficilmente ſi può giungere à conſiderare intieramente la ricchezza, e magnificenza di quello; Conſeruò ſempre ſegnalata la ſua magnificenza ſino à Coſtantino il Magno, che finì di fregiarlo con più nobili memorie, con anteporre à tutti li Trionfi della Romana Gentilità quello della Santiſſima Croce, ponendo in vſo altri eſſercizij Criſtiani, per i quali ereſſe la famoſa Baſilica Vaticana.

*Giuſeppe Iſtor. lib. 7. cap. 36.*

Doppo, che Coſtantino ſi fù trasferito da Roma à Coſtantinopoli, per lo ſpazio di 129. anni, ſino à Giuſtiniano, per i trauagli, che hebbe la Chieſa di Dio, ſi reſe queſto Ponte plebeo, per eſſer ſtato ſpogliato di quegli ornamenti, che lo nobilitauano.

Finì la ſua magnificenza per l'inuaſione de' Goti, e ſotto Totila loro Rè ſi demolì; come al noſtro parere concorre Andrea Fuluio, per leuare la facilità al Nemico d'introdurſi dentro di Roma: anche in tempo di Vitigi, che la reſe deſolata, come già diſſe il citato Fuluio, affermando con Procopio, che Beliſario nel riſarcire le Città, le mura, e le porte, laſciò indietro detto Ponte, conoſcendolo danneuole; mentre già era rimaſto in piede quello di Elio Adriano, ſtante il Sepolcro, che ad vſo di Fortezza, lo ſpalleggiaua. Nel preciſo loco, doue riſiedeua detto Ponte ſi ſcorgono li veſtigi de' Piloni di Eſſo dentro il Teuere, corriſpondenti verſo S. Spirito, venendo impedita la ſua maggior ſcoperta dal rialzamento del Fiume, ſituandolo anche così Marliano: come parimente concorrono in queſto tutti gli Antiquarij.

*Marliano lib. 5. c. 18.*

L'eſſerſi dilatato il Teuere ſopra li reſidui del detto Ponte impediſce il poter bene conſiderare, e vedere la ſua longhezza, e larghezza, ſtimandoſi però queſto Ponte molto maggiore degli altri, per eſſer deſtinato al paſſaggio numeroſo de' Trionfanti; Onde s'argomenta però queſto non ſolamente eſſere ſtato il più

adorno



phantes, eorumque Poſteros, poſſe Pontem illum permeare, ad præclaras Heroum virtutes celebrandas; exin dictus Triumphalis. Addit Boninius in ſuo Tyberi catenis vincto, die tantùm ouationis conceſſum illis permeatum; ex eoque Pontis traijciendi iure, æterna in illam ſtirpem nobilitas redundabat; idcircò cuſtodiæ alijs gentibus Pontis inhibebant traiectionem. Auctis demum Romani Imperij finibus, tribus penè orbis partibus iugo ſubactis, maximè conſpicui Heroes eò certatim confluentes, ad Triumphorum pompam, illum Pontem nouis ſemper ornatibus decorarunt; quod Ioſephus hiſtoricus in Titi, Veſpaſianique ouatione; Suetonius in Auguſti vita, & Cornelius Tacitus hiſtorijs prodidere. Poſtmodùm Pontem Triumphalem ſimulacris illuſtrarunt, Trophæis, adeoque inſignibus memorijs à Triumphantibus, relictis, vt illius opes, ac magnificentiam, vix humanum capiat ingenium. Viguit ſemper illius ſplendor donec Conſtantinus Magnus cum magis nobilitauit, cum gentilitatis Romanę Triũphis eum Pontem olim inſignientibus, Chriſtianam antepoſuit pietatem, cuius gratiâ Vaticanam Baſilicam excitauit. Poſtquam Conſtantinus Conſtantinopolim Romani Imperij Sedem transtuliſſet, 129. annorum ſpatio, vſque ad Iuſtinianum, propter varias Eccleſiæ Chriſtianæ calamitates, Pons ille ornatuũ ſplendore exſpoliatus, popularis omninò vileſcebat. Cum Gothorum exercitus, Totila Duce, Romam inuaſit, vt cenſet Andreas Fuluius, videtur Pontem diſiectum, ad Hoſtem Româ faciliùs propenſandum. Vitigij etiam temporibus, Vrbe vaſtata, vt apud Fuluium legitur, Procopium, in mœnibus, portiſque redintegrandis; Beliſſarius Pontem veluti noxium, extra Vrbis ſepta reliquit, Ælij Adriani Ponte adhuc integro permanente, qui Tumulo tanquam arce deffendebatur.

*Ioſephus Hiſt. lib. 7. cap. 36.*

Pontis illius ſitum demonſtrant reperta eius Pilarum in Tyberi veſtigia, ad S. Spiritum obuerſa, atq; ob iam altiorem fluuium, haud ſublimiùs emergunt. Marlianus quoq; & omnes antiquitatum Scriptores eundem Pontis locum deſignarunt. Ob Fluminis, in veſtigiorum loco, maius augmentum, meritò quidem inferamus non ſolùm mirabiles ornatus, maioremque latitudinem, verùm

*Marlianus lib. 5. c. 18.*

&ido-

& idoneam Triumphis longitudinem, ſeptem nimirum arcubus incumbentem.

Ex Iulij II. Summi Pontificis munificentiâ, eiuſdem Pontis ſupra veteribus veſtigijs reſtaurandis ſpes quondam affulgebat, ſed eiuſdem interitus illam prorſus eluſit.

## CAPVT XI.

### *De Porta Triumphali, eiuſque Situ.*

*Nard. lib. 6. cap. 10.*

NArdinus manifeſtat adiacentem Ianuam Ponti Triumphali, ex Vrbe Agros Vaticanos petentibus traijciendo, ideò glorioſè Triumphalem nuncupatam. Lucio Fauno idem comprobante, nimirum eandem Portam, iuxta prædictum Pontem, Fluuium præterfluxiſſe, atque ad Vaticanum, vbi iam Sancti Spiritus Noſocomium, ſpectantem. Hoc tamen negat Donatus, affirmans Portam Triumphalem, non propè Triumphalem Pontem fuiſſe; *Nam Porta Triumphalis fuit in Vrbe &c. Erat propè Circus Flaminius, in quo multi antequam triumphantes inirent Vrbem, qui ergo in tam propinquo erant extrà Vrbem, quomodo pluſquam mille paſſus retrocedebant, vt ad eius Portam venirent? Facies ipſa, ſituſque locorum per ſeſe hoc demonſtrat, & fictam hanc, fabuloſamque in Vaticano Triumphorum obruet aliquando &c.* diuerſimodam opinionem Donatus, & Panuinius in Romæ Commentarijs habent; Sed nobis haud intereſt, hos inter ipſos concorditer congruere.

*Lucius Fanus lib. 1. cap. 22.*

*Donatus fol. 78.*

Inter alias fores, iſtas quidem poſtremas recenſent, ſed fortunâ, gloriâq; cæteris omnibus antecellentes, eo ſcilicet tempore conſtructas, quò vexantibus eam, multò annorum interuallo rerum inopiâ laborantem, calamitatibus ſuperatis, Romanum iam Imperium ſummum gaudebat felicitatis, & magnificentiæ culmen obtinuiſſe, vt Andreas Fuluius demonſtrat. Ioſephus hiſtoricus in exarato Veſpaſiani, Titiq; Triumpho, Portæ illius famam mirificè extollit, atque luculenter epulatos Milites, cum Imperatore, Triumphali amictu inſignes, ſolita ſacrificia Deorum ſimulacris, pretioſis ornatibus,

*And. Fulu. fol. 30. Ioſephus Hiſt. lib. 7. cap. 36.*

pro-



adorno degli altri, mà anche foſſe il più grande, eſſendo compoſto di ſette Archi.

Si ſperaua dalla generoſità di Giulio II. Papa il riſorgimento di queſto Ponte ſopra le ſue antiche reliquie, affin di congiungerlo con la ſtrada Giulia; ma la morte di Eſſo troncò il diſegno di sì nobile Impreſa.

## CAPITOLO XI.

### *Della Porta Trionfale, e della ſua Situazione.*

*Nardini lib. 6. c. 10.*

PAleſa chiaramente il Nardini, che per eſſer nel fine del Ponte Trionfale, per il quale ſi paſſaua dalla Città a' Campi Vaticani, edificata la Porta Trionfale, ne riportaſſe da eſſo glorioſa la denominazione, come bene ſi riconoſce da Lucio Fauno, il quale atteſta, che il ſito di detta Porta foſſe nel fine del ſopradetto Ponte, & orlo del Fiume, verſo il Vaticano, corriſpondente doue hora principia l'Oſpedale di S. Spirito. Nega però queſto il Donati prouando, che la Porta Trionfale non foſſe vicino al Ponte Trionfale. *Nam Porta Triumphalis fuit in Vrbe &c. Erat propè Circus Flaminius, in quo multi antequam triumphantes inirent Vrbem, qui ergo in tam propinquo erant extrà Vrbem, quomodo pluſquam mille paſſus retrocedebant, vt ad eius Portam venirent? Facies ipſa, ſituſque locorum per ſeſe hoc demonſtrat, & fictam hanc, fabuloſamque in Vaticano Triumphorum portam obruet aliquando &c.* ſi vedano al loco citato le ſue Proue; Sono però contrarij frà di loro in queſto parere il Donato, & il Panuinio ne' ſuoi Commentarij di Roma; affermando il ſecondo, che la Porta Trionfale foſſe vicino al Ponte, & alla Strada di tal Nome, con l'oſſeruazione del racconto fatto da Giuſeppe Iſtorico del Trionfo di Veſpaſiano, e di Tito Ceſare; Il concordare queſte opinioni così diuerſe, per non appartenere à Noi, ſi accennano, e ſi tralaſciano.

*Lucio Fauno lib. 1. cap. 22.*

*Il Donati al fogl. 78.*

*Giuſeppe Iſtor c. 36. lib 7.*

Scriuono, che frà l'altre Porte foſſe queſta l'vltima, sì, mà però frà tutte, la più fortunata, e glorioſa, mentre fù edificata all'hora, che ſuperate dalla Città le faticoſe miſerie, che per molti anni fù coſtretta à prouare dalla pouertà del ſuo Stato, vedeua già ridotto alla maggior grandezza l'Imperio Romano, come da Andrea Fuluio autenticato ſi legge.

*And. Fuluio foglio 30.*

Comproua parimente la rara magnificenza di queſta Porta Giuſeppe Iſtorico nello ſpiegare, che fà del Trionfo di Veſpaſiano, e di Tito, aſſerendo, che doppo andati i Soldati al loro conuito con l'Imperatore trionfanti, traſferiuanſi alla detta Porta, veſtiti con l'habito del



Trion-

Trionfo, per offerire i ſoliti Sagrifizij a' ſimulacri de' loro Dei; quali riſiedeuano con Pompoſi ornamenti auanti la medeſima; Onde perchè vi foſſe capacità per Popolo così numeroſo concorrente a' quei ſuperbi Spettacoli, fù neceſſaria la vaſtità del Sito, parte del quale occupauano quelli magnifici Portici, e le ſontuoſe Fabriche, ſotto le quali ſi ricoueravano gli Spettatori, per ſchermirſi dal calore del Sole, e dal rigor delle pioggie.

Era finalmente giunta in tanta ſtima la Porta Trionfale per le predette ſolennità, e per gli accennati Spettacoli, per le riguardeuoli prerogatiue del vicino Vaticano, che il Senato ſtabilì, che per queſta Porta non entraſſe altra gente, che quella, che foſſe fregiata dalla Gloria di generoſe Impreſe, ò pure foſſe illuſtrata dallo ſplendore di Nobiliſſimi Natali. In oltre crebbe tanto la ſtima di Eſſa per Giuochi, e Feſte, che auanti iui ſi celebrauano il dì primo d'Agoſto per la Vittoria ottenuta da Ottauiano contro Cleopatra, e Marc'Antonio, che ſi potè chiamare la più celebre, che haueſſe giàmai hauuto Roma, dal principio del ſuo pouero Stato, fino all' ingrandimento della ſua Potenza, come ne ſcriue il Biondi.

*Biondi lib. 1. fogl. 10.*

Dicono, che l'erezione di queſta Porta ſeguiſſe immediatamente doppo la fabrica del Ponte, auanti Caio Giulio Ceſare, in tempo della Republica; e dalle congetture ſi caua, che duraſſe anche in piedi in tempo delle rouine, che fece Totila Rè de' Goti, e che poi foſſe demolita con parte de' ſuoi anneſſi, per togliere il facile ingreſſo a' Nemici, à danno della Città; e ſtante il loco ſbandato, & aperto del Vaticano, hà del veriſimile, che la perſiſtenza di quella ſeruiſſe per difeſa a' Nemici. Si comproua tal Penſiero da Beliſario, che trouò la Città deſolata, e le Porte rouinate, da Vitige Goto, come s'intende nella Vita di Giuſtiniano, che il tutto rifece, e riſarcì le mura, laſciando indietro la Trionfale; perchè conoſcendo eſſer danneuole alla Città, come ſi eſperimentò nella Guerra de' Goti; i quali ſecondo Procopio, ſi ſeruirono de' reſidui de' Portici contigui alla detta Porta, reſtati in piedi, e fù riparo, e difeſa a' Nemici da' Romani.

*Procopio lib. 1.*

Per due cauſe di preſente non ſi ſcorgono di Eſſa li veſtigi, vna perchè il Teuere eſſendoſi internato, & hauendo corroſa quella parte, nella quale veniua ſituata la Porta, hà cauſata la diſtruzione di quella; l'altra, perchè reſtarono coperte dalla ſolleuazione del terreno, nel rialzamento del Vaticano, come altroue ſi diſſe.

Per maggior notizia diremo di quali Porte ſi ſeruiſſero per Trionfali gli antichi Romani, e nel principio della dilatazione della loro Città, ſeruiua di Trionfale la Porta Capena, per eſſerui di fuori poco diſtante il Tempio di Marte, doue, ſecondo Fuluio, ſi rendeano le grazie delle Vittorie, che ſi riportauano.





propè eandem, locupletatis, facere conſueuiſſe. Vt igitur ſuppeteret locus Populo, ad hæc ſpectacula confluenti, ſitus amplitudo requirebatur: cuius partem magnificæ Porticus, inſigneſque ſibi vindicabant ſubſtructiones, quas inibant Spectatores, ne Sol feruens, rigenſque inter, recreationem perturbarent.

Deniq; Ianuâ Triumphali, ob memoratas ſolemnitates, & ſpectacula, ſuamq; Vaticano affinitatem, ſummis honoribus cumulatâ, decreuit Senatus vt ſolùm Viri præclarè geſtis, & natalibus illuſtres, eam introirent. Demùm eius tantum euaſit decus, vt Ludos, feſtoſque dies primo Auguſti celebrari ſolitos, in memoriam Victoriæ, ab Octauio in Cleopatram, & Marcum Antonium reportatæ, teſte Blondo; etiam potentiſſimæ Vrbis tempore, vniuerſis palmam præripuiſſet.

*Blondo lib. 1. fol. 10.*

Ferunt Pontis molem, Ianuæ conſtructionem excepiſſe, ante Caium Cęſarē Vrbe adhuc Remp. conſtituente; Quinimò varię arguunt coniecturæ, eam tum perſeueraſſe, cum Totila Gothorum Rex Vrbem inuaſit, ſed tandem ſolo æquatam, vt Hoſtis ab Vrbis aditu, eâque damnis afficiendâ faciliùs compeſceretur; atque ob derelictum, ac patentem Vaticanum, meritò quidem conijciamus illam nondum collapſam hoſtem ſibi tanquam munimentum adhibuiſſe. Coniecturam adſtruit Beliſſarius, qui vaſtatam Vrbem deprehendit, foreſque à Vitige Gotho deturbatas; vt conſtat ex vita Iuſtiniani, qui mænia, cæteraque reſarciuit, omiſſa tamen Triumphali, quam Vrbi noxiam cognouit, Gothis Romam bello infeſtantibus, quos narrat Procopius, contiguas eidem Ianuæ Porticus in Romanorum detrimentum, obieciſſe.

*Procopius lib. 1.*

Illius veſtigia, duplicem ob cauſam minimè prodeunt; primùm quidem, quia eò Tyberis illapſus, ſenſim Porta ſitum abradens, ea penitùs deleuit; terrâ deinde Vaticano aggeſtâ, veluti ſepulta deliteſcunt.

Quò res magis eluceſcat, enucleabimus, quibus olim Ianuis ad Triumphos, veteres Romani vterentur. Cum Vrbs dilatari cępit, tum fores Capenæ Triumphis cohoneſtatæ, quippè haud procul Martis Fano excitatæ; vbi teſte Fuluio, ob impetratas victorias, meritæ grates agebantur. Cum magis, ma-

giſque Campum marcium, tum etiam Violatam viam, quippè rectam, amplamq; Populus frequentauit; quæ à Flaminia (nunc Dromus dictâ) petita origine inter Quirinalem, & Capitolinum Collem porrigebatur; vbi tum Catulariæ fores, iam verò Coruorum Macellum: quam, propter eandem Viam, in Triumphalem aſſumpſere, ad ſubminiſtratos à Campo Martio commodiores apparatus, tramitemque ad Vaticanum accliuiorem his ferè omnibus fauet Donatus, in eoque ſolùm diſcrepat quòd Flumentanam, iam Hebræorum recinctum, pro Catularia vſurparit; Nardino idem confirmante. *Nard. lib. 1. cap. 10.* Hæc altera Triumphalis Ianua, diruta olim fuit, cum Vrbs, forumq; Traianum mirè ampliata, eundem occuparunt ſitum; tantumque ſubinde fuit Romæ incrementum, vt Campum Martium complexa, de alio præter Vaticanum, idoneoq; Feſtis ſitu eligendo, excogitarit.

# CAPVT XII.

## *De Traiana Foſſa in Vaticano.*

TOt inter Hiſtoricos Plinius minor duntaxat de Foſſa Traiana fecit mentionem; Siquidem ad Macrinium perſcribens, illam Traiani mandatis perfectam ſignificauit, ad impediendam Tyberis aquarum eluuionem, quarum copia identidem immergebat Ciuitatem; *Hic aſſiduæ tempeſtates* (ait Plinius) *& crebra diluuia, Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur, quamquam Foſſa, quam prouidentiſſimus Imperator fecit &c.* *Plinius in Epiſt. 20. lib. 8.* Ex quibus compertum eſt Foſſam Traianam ad ſubſidium duntaxat excauatam, cum non adeò ampla fuerit, vt in Tyberis alueum ſufficeretur; Verùm quia idem locum, vbi eam defodire, non indicauit, illum iam præſtat inueſtigare.

Quoniam igitur conſentaneū, vbi oriuntur detrimenta, ibidem remedijs ſubuenire, Foſſam aliundè quàm à Ponte Miluio ad Vaticanum, vt ex ſubiectis patebit, incœpiſſe arbitramur. Tyberi plurimùm intumeſcentur, nec ripis capientibus nimiam

aqua-



Mentre più andaua creſcendo l'vſo del Campo Marzio, la più praticata Strada fù la Vialata, come più retta, & ampla, quale originando dalla Flaminia, hoggi il Corſo, ſtendeuaſi frà il Colle Quirinale, & il Capitolino, doue era la Porta Catularia, hoggi Macello de' Corui, che, mediante queſta ſtrada, ſerui in quelli tempi per Trionfale, per il Commodo degli apparecchi conceſſile dal Campo Marzio, e per la facilità del Cliuo, che conduceua al Campidoglio; In confermazione di Che poſſono baſtare gli Archi eretti nella ſtrada Flaminia da quelli Trionfatori.

In tali ſentimenti, ſe non in tutto, concorre il Donati, variando ſolo nel mettere la Flumentana, ſituata, doue è hora il Ghetto de gli Ebrei, in vece della Catularia, come in tal parere conuiene anche il Nardini. *Nard. lib. 1. cap. 10.* Queſta ſeconda Porta Trionfale ſi diſtruſſe per l'ingrandimento della Città, & in ſpecie del Foro Traiano, che occupò quel ſito; d'onde poi ſi dilatò à tal grandezza la Città, che incluſo dentro eſſa il Campo Marzio, fù neceſſitato il Popolo à trouare altro Sito adeguato per la nuoua Porta Trionfale, e queſto fù il Vaticano.

# CAPITOLO XII.

## *Della Foſſa Traiana nel Vaticano.*

FV ſolo frà tanti à parlare della Foſſa Traiana Plinio minore, che ſcriuendo à Macrino, gli ſignificò come queſta veniua da Traiano ordinata, per diuertire le creſcenze dell'acque del Teuere, che per eſſere in gran copia, ſommergeuano la Città. *Hic aſſiduæ tempeſtates*, ſon parole di Plinio, *& crebra diluuia, Tyberis alueum exceſſit, & demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur, quamquam Foſſa, quam prouidentiſſimus Imperator fecit &c.* *Plinio nell Epiſt. 20. del lib. 8.* Onde ſi vede, che la Foſſa Traiana era ſubſidiaria, nè era ſufficiente à diuertir l'alueo del Teuere. Mà perche dal medeſimo non fù mai diſcorſo del luogo nel quale foſſe quella eſcauata, ſarà forza indagarlo.

Se dunque è vero, che doue hanno origine i danni, ſi applicano i rimedij, credo certo, che in altro luogo non principiaſſe la detta Foſſa, che dall'inſenatura ſotto Ponte Miluio, drizzandoſi verſo il Vaticano; come con le ſeguenti ragioni ſi proua.

Perche gonfiandoſi oltre modo nelle creſcenze il Teuere, non poteua la gran copia dell'acque contenerſi dentro le ſponde, non dubitiamo che in altro luogo maggiore ſeguiſſe l'inondazione, che da quel ſeno ſotto Ponte Miluio, ſino al Trionfale; Sì perche ſi trouaua quella parte d'ogni altra più baſſa, come perche arriuando

la cor-

la corrente con furia al Trionfale, & eſſendo da' Piloni di eſſo, e da' Ponti impedito il totale, e libero ſfogo, retrocedeuano alquanto l'acque; e gonfiandoſi fin ſopra il ſuo letto allagauano tutta la Città inſieme col Vaticano per l'inclinazione, che haueuano verſo quelle parti, & in ſpecie ne' Campi Vaticani; verſo i quali incaminandoſi per diametro il corpo maggiore di quelle, cō ſomma velocità, ſcaricauanſi in buona porzione frà il Gianicolo, & il Teuere.

Di quì è, che doppo l'inondazione, che ſeguì ſotto l'Imperio di Veſpaſiano, circa l'anno della fondazione di Roma 870. in circa, come riferiſce Sparziano; ſotto l'Imperio di Traiano, ne ſucceſſe altra sì terribile, che neceſſitò queſto Imperatore à pigliare prouedimento, e riparo, col diuertire parte dell'acque, dalle quali procedeua il danno, volendo da inconueniente sì grande liberare la Città. Però hauendo minutamente conſiderato ſe per tale diuertimento, e riparo, queſto Imperatore haueſſe fatto eſcauare dal Ponte Miluio, ſino fuori di Roma, verſo il Nauale maggiore, la Foſſa sì grande, che foſſe ſtata capace à riceuere tutta l'acqua del Teuere, & habile à ſeruire per nuouo Alueo del medeſimo, ouero foſſe ſolo douuta ſeruire per regolatore, e ſcaricare l'acque creſcenti; trouiamo che non poteua in modo alcuno renderſi così facile, e praticabile l'eſecuzione, per rendere durabile tal opera per le ſeguenti cauſe: Perchè in due ſoli luoghi ſi ſarebbe potuto indrizzare queſto Alueo, ò ſotto il Gianicolo, verſo la Città, ò dall'altra parte, verſo le Campagne, chiamate Valli dell'Inferno. Non ſotto il Gianicolo, perche hauerebbe facilmente riceuute nel ſuo principio l'acque, che v'imboccauano à linea retta, mà diſordinatamente, poi l'haurebbe reſe nel letto antico, à cagione dell'angolo ottuſo, nell'introduzione dell'acque nel ſolito antico Alueo, verſo la Via Oſtienſe. Haurebbero anche coſtretto, per la ripercotente, à variare Letto, & ad occupare vaſti ſiti nel Vaticano, diſtruggendo irragioneuolmente perciò molti edifizij in eſſo. Di più per il tranſito da vna parte all'altra di queſto nuouo Letto, ſi ſarebbero richieſte notabiliſſime ſpeſe per l'erezione di nuoui Ponti; da' quali ne ſarebbe anche deriuato l'abbandono del famoſo Ponte Trionfale, e di tutti gli altri cinque già in piedi, come priui del loro vffizio, e fatti con tanta gloria de' loro Anteceſſori. Perchè ſi foſſe reſo l'Alueo vecchio col tempo interrito, per la mancanza di quell'acqua, che manteneua aperto il corſo nel proprio Alueo, il quale poi non haurebbe potuto riceuere l'acque delle Cloache: che per la quantita, ſecondo Giulio Frontino, componeano vn'altro Fiume; e reſoſi interrito l'Alueo, ſarebbero rimaſte inutili le Cloache, e ſtante l'interrimento di detto luogo, ſi ſarebbe oppoſto allo ſfogo di quelle, neceſſitandoſi con gran diſpeudio il prolongamento di eſſe

nel



aquarum copiam, haud dubium à Ponte Miluio ad Triumphalem, veluti locum cæteris humiliorem Fluuium exundaſſe; tum etiam quia ipſo ad Triumphalem Pontem velociter profluente, eius Pilis, Pontibus, curſum liberiorem remorantibus, aliquantùm aquæ retrofluebant, & supernè alueo redundante, in Vaticano, ob ſuam ad eas partes decliuitatem, in Agris præſertim Vaticanis reſtagnabant, quæ ad eos maxima pernicitate accelerantes copioſæ, Ianiculum inter, Tyberimque damnum intulere.

Poſt factam, Veſpaſiano Imperatore, annis circiter ab Vrbe condita 870. exundationem, refert Spartianus, Imperante Traiano, aliam formidabilem contigiſſe, quæ eum adegit Imperatorem, cupidum Vrbis tot damnis ſubleuandæ, vt aquis aliò auertendis enixè prouideret. Poſtquam attentè quidem perpendimus; an illius auerſionis gratiâ iſte Imperator Foſſam iuſſiſſet excauari, à Ponte Miluio, penè ad Nauale maius pertingentem, adeòque amplam, vt par eſſet vniuerſæ aquæ Tyberis excipienda, & tanquam nouum eidem alueum ſubminiſtraret, ſeu ad excreſcentium aquarum effluuium faciliùs dirigendum. Ex adiectis tamen liquet, hoc opus permanens ſumma difficultate fieri potuiſſe, in duobus enim tantùm locis licuit alueum propagare, ſub Ianiculo nempè, Vrbem versùs, aut ab altera parte ad Valles, Inferni dictas; Haud ſub Ianiculo, quippè in ſua origine aquas eò rectâ coeuntes, inordinat tamen admiſſas, priſtino alueo reſtituiſſet, ob angulum obtuſum, in aqua, iuxta Hoſtienſem viam, ad ſolitum alueum inducenda; nec non valido impetu reſilientes, alueum deſeruiſſent, & pluribus locis Vaticani occupatis, multa in eo ædificia ſolo æquare neceſſitas compuliſſet. Præterea in recenti alueo ab vna, ad alteram partem perducendo, noui Pontes extruendi ſumptus immenſos expoſtulaſſent: inde verò Pons Triumphalis, & alij quinque tam magnificè à maioribus ſubſtructi obſolcuiſſent; quia temporis decurſu, priſtinum alueum terra eò congeſta oppleuiſſet, aquis deſtitutum, ideòque imparem aquis Cloacarum continendis; quarum affluentiâ, vt ait Iulius Frontinus, alter exortus amnis; Aluei deniq; oppletio Cloa-

carum

carum effluuio obſiſtens,eas ad recentẽ Fluuium producere ſummo impendio coegiſſet.

Opus tandem fuiſſet alio Nauigijs appellentibus loco, ſeu Nauali, priſcis duobus relictis, quorum alterum ſub Auentino,iam Salis Foro, alterum ad Ripam minorem, amborum ædificijs, à Veteribus Romanis, tantis profectò expenſis, honorificè excitatis; nec ſanè de permutando Tyberis alueo, tanquam ſacro ab illis habito, vnquam conſilium inijſſent; ab eo nempè, nimium incõmoda populo mercium in Vrbem aſportatio,illinc procul,auertiſſet; eo ſiquidem tempore celebres floruere Architecti, qui nunquam adeò noxiæ ſubſcripſiſſent variationi. Nec putemus potuiſſe recentẽ hũc Alueum ad prędictas Inferni Valles dilatari; quia ad eam partem altiſſimi arenæ Colles aſſurgunt, qua collabi ſolet, & à Vaticano, ad Mare duobus milliarijs promouetur.

Opus idcircò fuit vaſtiſſimæ Vallis excauatione, receptui aquarum idonea; quia labilius ſolum immanis muros craſſitudinis efflagitaſſet, qui corruentem ſuſtinerent humum; tantæque altitudinis, quæ Collium apices adęquaret.Enim verò aquarum viam, abſq; illorum apertione haud ſuſcipiendam autumamus, nec illud opus perſeueraſſet,his parietibus haud circummunitum. Repertis tamen nullis eorum veſtigijs, licèt à Nobis diligenter perquiſitis, humiliores dictę Vallis partes ab eodem Imperatore effoſſas à nonnullis creditas,&imperfectas ob eiuſdem interritum, relictas, nos naturâ ſolùm, non arte ſubſediſſe exiſtimamus. Hinc etiam noſtra magis viget ſententia, quòd Scriptores nullam de hoc ediderint diſſertationem;cum enim de ſubſtructionibus minùs conſpicuis egerint, de illo magis inſigni ediſſeruiſſent. Ne verò Plinij aduerſari penitus videatur auctoritati, intelligendũ à Ponte Miluio per Vaticanum,Foſſam aperuiſſe Traianum,non aptam toti aquæ Fluminis capiendæ,ſed tantùm lentiori motu versùs regurgitantem, ſinum Vrbi contiguum, temperanda, eâque ſenſim exonerandum. Illam putamus vulgarem Foſſam ſic ab Auctore appellatam, quæ ob illabens cum aquis vndique ſolum, inutilis tandem euaſit, adeò vt nullum illius proximis temporibus veſtigium compareret, ideòq; Scriptores illam ſilentio pręterierunt.





nel nuouo Fiume. In oltre ſarebbe ſtato neceſſario nuouo luogo per lo ſbarco, ò Nauale, e laſciati in abbandono gli altri due Antichi,vno reſidente ſotto l'Auentino, hoggi Salara, e l'altro, doue è hora Ripetta. Perche i loro appartenenti edifizij furono con tanti diſpendij edificati dagli Antichi Romani: quali non hauerebbero certamente motiuata la mutazione dell'antico Letto del Teuere: mentre era il medeſimo tenuto da loro per Sacro; e perche anche haurebbero conoſciuto l'intolerabile ſcõmodo del Popolo nell' introduzione delle Robbe ſcaricate nella Città, aſſai lontano da quella parte. Tanto più, che in quel tẽpo fioriuano Architetti famoſi: quali non hauerebbero conſigliato ad vna mutazione così inſuſſiſtente. Non poteua à noſtro credere eſſere coſtituito queſto nuouo Letto verſo le ſopranominate Campagne, chiamate al preſente Valli dell'Inferno; perche trouandoſi in quella parte eleuatiſſimi di Terreno arenoſo, e ſolito à rilaſſarſi, che dal Vaticano ſtẽdeuaſi in circa due miglia,verſo il Mare;non ſolo ſarebbe ſtato biſogno l'aprire in mezzo di eſſi vna profondiſſima Valle, per dar il paſſaggio all'acque; mà per eſſere ancora il Terreno labile, e di arenoſa qualità, ſarebbero ſtati neceſſarij formidabili muri di groſſezza ſtraordinaria, per reſiſtere, e ſoſtenere la propenſione di quel Terreno, e di altezza sì grande, che dal fondo di detto Letto vguagliaſſero la cima di quei Colli. Noi però ſtimiamo impoſſibile il corſo, e camino dell'acque in quel luogo, ſenza l'apertura di quegli, e che ſarebbe impraticabile, & inſuſſiſtente tal opra ſenza l'erezione de' detti muri. Mà non trouandoſi con tutte le diligenze da Noi fatte, in faccia del luogo alcun indizio de' veſtigi, e degli attinenti edifizij alla probabilità di quell'opra, giudichiamo per fermo, eſſere quelle baſſezze, quali nella parte di detta Valle ſi credono da alcuni artifizioſamente fatte da quell'Imperatore, e tralaſciate imperfette per la morte di eſſo, in quella forma ridotte dalla natura, e non dall' arte. Si rende perciò maggiormente verace il noſtro parere, mentre non trouaſi ſopra ciò trattato alcuno di Scrittori; perche ſe ſcriſſero Queſti di fabriche, e di edifizij di minore riguardo, haurebbero ancora trattato di queſto, come più d'ogni altro memorabile. Però per non opporſi all'autorità di Plinio, ſi diſtingue, che Traiano poteſſe aprire più ſotto di Ponte Molle, per il Vaticano, vna Foſſa, ò regolatore, non per riceuere tutta l'acqua continua del Fiume, mà le ſopraueneniti,che traboccano con più tardo motto verſo il ſeno inondante, contiguo alla Città, per traſportarle fuori di eſſa. E ſi cõferma non eſſere ſtata queſta,che vn eſperienza di ſemplice Foſſa, così chiamata dall'Autore;perche fù reſa poi infruttuoſa, per i continui interrimenti, depoſti in eſſa dalle proprie acque, in quei proſſimi tempi ripiena, in modo che non appariua ſegno, ne euidenza alcuna; non hanno perciò potuto le penne degli Scrittori formarne diſcorſo.

# CAPVT XIII.

*De Porta Aeliana, Aureliana, in Vaticano, cum æquiuocatione ſubſtituta.*

CVm Ælius Adrianus Imperator maximam Vaticani partem plurimis, & inſignibus ædificijs exornatam conſideraret, eam ad Fluuium obuerſam elegit conſpicuis ſubſtructionibus decorandam, quæ cæteris omnibus, & ſplendore, & magnificentia longè anteirent; erectis ibidem ſingularibus monimentis, Tumulo nimirum, Ponte, Hippodromo, ideoque Viâ, & Foribus Ælianis, per quas Populus adibat extructiones: quibus cum olim Conditoris, tum etiam Ianuæ primùm Imperatoris nomen indiderunt. Hæc pars ab Vrbe ad Prata Quintia protendebatur Ælio Ponte interiecto; in cuius fine per Ælianas Fores, Pontis capiti obiectas inibatur Mauſolæum; Sed quia in illis rectà ad interiores Sepulcri partes extruendis, pars altera eminentior in orbem circumacta (iam Arcis Maſculus appellata) obliquè compellebat circuire deambulacrum, partem quadrilateram ab orbiculari diſterminans; ex quibus magnifica exurgit Moles alteri Ianua adhærens, ad priorem ſpectanti, quæ in loco etiam iacet Boream intuenti. In illius cohæſione, via rectè producta cum eiuſdem Imperatoris Prodromo, parum à Tumulo diſtante, eodem tenore vſque ad Fluuij littora, ex Auguſti Mauſolæi regione, nunc Ripam minorem, vbi quondam vetus Romæ, & inferiùs Nauale, procedebat.

Quamobrem annis ante illum Imperatorem elapſis, atque ab eodem ad poſteram ætatem, in ea parte duntaxat geminas vias, Aureliam videlicet à Ianiculo ortam, & Triumphalem, cum Porta ſimiliter dicta, in Vaticano collocatam, alteramque Ælianam, non minùs alterâ illuſtrem ob ſummam Populi, Nauale traijcientis, frequentiam; qui etiam cò permeabat, non ſolùm vt gauderet Feſtis, Ludiſque in Hippodromo repræſentatis, verùm vt ædificiorum magnificentiam contemplaretur.

Ex

# CAPITOLO XIII.

*Della Porta Eliana, equiuocata per Aureliana, nel Vaticano.*

COnoſcendo l' Imperatore Elio Adriano eſſere la maggior parte de' Siti Vaticani occupata da magnifiche, e numeroſe Fabriche memorabili, eleſſe perciò quella parte inferiore verſo il Fiume; la quale da lui fù ridotta in tale nobiltà, che superò in ſimili Moli tutti i ſuoi Anteceſſori per le memorie inalzate in quella, aſſai ſingolari. Trà quelle furono il Sepolcro, il Ponte, e l' Ippodromo, e per conſequenza la Strada, e Porta, della quale ſi parla, che conduceua à queſti Edifizij; quali ſicome portano il nome del loro Fondatore, cosi quella fù detta Eliana dal primo nome di queſto Imperatore. Era queſto vn braccio, che diſtaccaua dalla Città, e ſi ſtendeua verſo i Prati Quinzij, paſſando ſopra il Ponte Elio; nel fine del quale s' introduceua immediatamente nel Sepolcro per quella Porta Eliana, che guardaua l' imbocco del Ponte. Mà opponendoſi al proſeguimento di eſſa à linea retta, nella parte interna del detto Sepolcro, quella parte sferica più eminente, che hoggi ſi chiama Maſchio del Caſtello, neceſſitaua à volgerſi intorno obliquamente per il Corridore, che diuideua la parte eſterna quadrata dall' interna circolare, ambe componenti il magnifico Edifizio, con congiongerſi all' altra Porta, corriſpondente alla prima ſituata nell' altro lato parimente retto, verſo Tramontana. All' vſcire di queſta, continuando la ſtrada ſotto la medeſima linea dell' Ippodromo del medeſimo Imperatore, poco diſtante dal Sepolcro, proſeguiua ſimili dritture ſino all'orlo del Fiume, dirimpetto al Mauſoleo d'Auguſto, hoggi Ripetta, doue fù l'antico, & inferior Nauale.

Si che nelli Secoli più antichi, auanti queſto Imperatore, e da queſto fino a' tempi baſſi, trouiamo in quella banda ſole le due ſtrade, Aurelia, originata dal Gianicolo, e la Trionfale, eſſere ſtate nel Vaticano, con la Porta Trionfale, e l'altra Eliana. Queſta non meno fù dell'altra celebre, per il continuo concorſo de' Popoli traghettati dal Nauale, & introdotti dal Ponte à vedere non ſolo le Feſte, e Giuochi, che ſi rappreſentauano nel detto Ippodromo, mà per ammirare la ſtruttura, e la magnificenza di quei ſuperbi Edifizij.

Dalla diſpozione, e collocazione dell' Eliana ſi penetra eſſere ſtata queſta da Adriano fabricata, acciò non haueſſe alcuna dependenza nel paſſaggio, dal Ponte Trionfale, benchè proſſimo, mà per sfuggir il giro improprio del detto

Ponte

Ex Ælianæ ſitu, conſtat illam ab Adriano confectam, ne quid à vicini Pontis Triũphalis tranſitu dependeret, atque ad laborioſam Pontis, ad Viam vſque circuitionem effugiendam, liberâ rectâ ad Sepulcrum, Hyppodromumque relicta tranſitione. Idcircò Tyberis alueum Ponte coniunxit, qui alijs amplitudine non vincebatur, quinimmò, dempto Triumphali, vniuerſis antecellebat. Ante Ælium Adrianum duæ tantùm celebres Vias, vt iam dictum, Triumphalis, & Aurelia, ſed ab ipſo Imperatore 128. annorum interuallo vſque ad Aurelianum Via prodijt Æliana, quam ſemper, noſtra quidem ſententiâ, ſic ad eum vſque Imperatorem nuncuparunt. Etenim hic, vt prodit in eius vita Flauius Vopiſcus, mœnibus Vrbem communiuit, ſeptum tamen haud aſſerit Vaticanum. Licèt enim ad maiorem Vrbis ſecuritatem, partem, inter Triumphalem, & Sepulcrum interiectam, ad Tyberis ripam circumuallaſſet, hoc tamen in medio alteram Portam fuiſſe (Aurelia quidem dicta) minimè demonſtrat; quoniam nec anguſta Viarum haud procul diſſitarum dictantiâ, nec neceſſitas, nec ars munitionis eam admittebant. Non immeritò quis ſuſpicetur exiguum Vrbis ſpatium ab Aureliano mænibus interclusum, magno alicubi eſtractum hiatu, haud tamen Portâ inſtructum; quæ ſuperuacanea omnino fuiſſet, cum viæ aliò progredienti non adiaceret. Licèt Procopius de Gothico bello, aſſerat Gothos Portam Aureliam, laſceſſiuiſſe cum ſubijcere debuiſſet Ælianam; fortè ob mænia ab Aureliano excitata, atque buſtum, ab ea, lapidis iactu ſemotam erraſſe illum manifeſtat, cum eandem Portam vocat Ælianam. Præterea inter quadratum illius, & circularem Tumuli partem, diſignatum quidem ſpatium, ſed illum inter, creditamq; Aurelianam, interuallũ multò longiùs intercedebat. Addit Procopius Beliſſarium Conſtantiano imperaſſe, vt murum Tumuli copulatum cuſtodiret. Enim verò de quibus intellexit niſi de quadrati muris Sepulcro adiunctis, in quorum altero Porta Sepulcri Æliana, præpoſterè Aureliana, omnibus pateſcebat? Etiam dum ſubiecit modica illi opus fuiſſe cuſtodiâ, Fluuio nempe ipſam tamen alluente, eandem fatetur in parte Flumini contermina;

*Procopius lib. 1. fol. 51. 52. 53.*

